1407 Padoue

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem domini millesimo quadringentesimo septimo, indictione quintadecima,
die tertio mensis decembris, Conegliani in domo habitationis infrascripti ser Francisci de Cesena, presentibus magistro
Iacobo de [illegible] sanctis de Padua artium et medicine doctore salariato communis Conegliani, ser Anthonio [illegible] magistri
de Conegliano, Nicolao eius filio, Daniele de Farvento de Sarcillo et aliis. Nobilis vir ser Franciscus quondam ser [illegible]
de Cesena civis et habitator Conegliani dedit, vendidit, tradidit et permutavit pro se et [illegible]
venditionis iure proprio in perpetuum ser Anthonio quondam Iacobi de Galvagno de Sarcillo pro se et suis heredibus recipienti unum
mansum suum positum et iacentem in Planzano districtus Sarcilli, videlicet pecias terre extimationis viginti octo iugerum
terre salvo pluri vel pauciori, cum illa decima que spectat et spectare reperitur ipsi ser Francisco qui mansus ad
presens detinetur ad affictum per [illegible] de dicto loco. Cuius quidem mansi hii dicuntur esse confines. Et primo prime
pecie terre [illegible] posite ad curtina Sancti Laurentii de Planzano extimationis unius iugeris terre. Ab uno
latere via publica partim et partim terra domine Agnetis uxoris quondam ser Bartholomei de la Stratia de Sarcillo, a secundo latere
terra Minuci de Planzano partim et partim heredum quondam ser Viviani de Pinidello, a tercio latere via publica, a quarto lat(ere)
terra ecclesie Sancti Laurentii de Planzano. Secunde pecie terre iacentis in loco dicto a Litolt, extimationis trium iugerum
terre plantate. Ab uno latere terra Sancti Anthonii de Conegliano partim et partim ecclesie Sancti Laurentii predicti et partim
dictorum heredum quondam ser Viviani, a secundo latere terra presbiteri Laurentii et fratris sui, a tercio latere terra Sancti Laurentii predicti
de Planzano partim et partim Sancti Anthonii de Conegliano, a quarto latere via publica. Tercie pecie terre iacentis in loco
dicto a la Mesuta, extimationis unius iugeris terre aratorie et plantate. Ab uno latere via publica, a secundo latere
terra ecclesie predicte Sancti Laurentii, a tercio latere terra suprascripti Minucii, a quarto latere via publica. Quarte
pecie terre iacentis in loco dicto a Sconchoi, aratorie et plantate, extimationis tercie partis unius iugeris. Ab uno
latere terra [illegible] Philippi quondam ser Ambrosii de Sarcillo, a secundo latere terra predicti, a tercio et quarto latere terra partim
Sancti Martini de Bibano et partim ecclesie predicte Sancti Laurentii. Quinte pecie terre iacentis in loco dicto a Charas, ex-
timationis unius iugeris terre aratorie et plantate. A tribus lateribus terra ecclesie predicte Sancti Laurentii, a quarto lat(ere)
terra Sancti Anthonii de Conegliano recta per Gregorium de dicto loco. Sexte pecie terre iacentis in loco dicto Stradella, aratorie
et plantate, extimationis unius iugeris terre. Ab uno latere terra monasterii Sancte Marie Matris de Conegliano
recta per Laurentium de Godega, a secundo latere via publica, a tercio latere terra magistri [illegible] cirurgici de Sarcillo,
a quarto latere terra abbatie de Colle. Septime pecie terre iacentis in dicto loco extimationis unius iugeris terre
aratorie et plantate. Ab uno latere terra scole de Fanallo, a secundo latere terra [illegible] de Versago, a tercio
latere terra ecclesie Sancti Laurentii supradicti, a quarto latere via publica. Octave pecie terre iacentis in loco
dicto al Mar, extimationis decem iugerum terre aratorie et plantate. Ab uno latere terra ecclesie Sancti Laurentii predicti
partim et partim terra domine Agnetis uxoris quondam ser Bartholomei de la Stratia predicte, a secundo latere terra [illegible] de
Sovergnano, a tercio latere terra heredum predictorum quondam ser Viviani de Pinidello partim et partim terra Sancte Marie
de Fanallo, a quarto latere via publica. None pecie terre iacentis in loco dicto a Magora, extimationis unius
iugeris terre aratorie et plantate. Ab uno latere quoddam iter commune, a secundo latere terra heredum predictorum dicti
quondam ser Viviani, a tercio latere terra [illegible] de Bibano, a quarto latere [illegible] iter suprascriptum. Decime
pecie terre iacentis in loco dicto Campart, extimationis dimidii iugeris terre. Ab uno latere terra supradicte domine
Agnetis partim et partim heredum dicti quondam ser Viviani, a secundo latere via publica, a tercio latere terra partim [illegible]
de Banerio et partim predictorum heredum quondam ser Viviani, a quarto latere Campardum. Undecime pecie terre
iacentis in loco dicto al Busche, extimationis unius iugeris terre. Ab uno latere terra dicte domine Agnetis,
a secundo latere Busche predicte, a tercio latere terra presbiteri Laurentii de Planzano, a quarto latere terra predicti.
Duodecime pecie terre posite penes curtivum Iohannis Viviani, extimationis dimidii iugeris terre. Ab uno latere
terra Iohannis [illegible] predicti de Planzano, a secundo latere terra predicti, a tercio latere via publica, a quarto latere
terra dicti Iohannis. Terciedecime pecie terre iacentis in Bibano in loco dicto Alborii, recte per Stephanum Iohannis
ser [illegible], extimationis tercie partis unius iugeris. Ab uno latere via publica, a secundo latere terra Iohannis Rubei de
Fregona recta per Iohannem [illegible] de Bibano, a tercio latere via publica, a quarto latere terra Sancte Marie de Monte de Conegliano recta per [illegible]
Quartedecime pecie terre iacentis in [illegible] extimationis duorum iugerum terre. Ab uno latere
terra pratiua heredum Iohannis ser [illegible], a secundo latere terra prata Thomasii de plebe Sancti Floriani, a tercio et quarto
latere terra pratiua Iacobi Trevisinelli de Sancto Flore. Quintedecime pecie terre iacentis in Campado [illegible]
Godegam, extimationis unius iugeris terre. Ab uno latere terra heredum quondam ser Viviani suprascripti, a secundo latere
via publica, a tercio latere Campardum predictum, a quarto latere terra predictorum heredum quondam ser Viviani. Sextedecime
pecie terre iacentis in Orsago, extimationis duorum iugerum terre salvo pluri vel pauciori. Ab uno latere terra Arnoldi
de Silva Torunda, a secundo latere terra Sancti Martini de Colle recta per filium de Silva Torunda, a tercio latere terra
recta per Anthonium [illegible] de Orsago, a quarto latere quoddam iter sive Trolong.

Ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid dicto ser Anthonio et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo
faciendum, cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios siqui forent, cum ingressibus et
egressibus suis usque in vias publicas. Et cum omnibus et singulis que dictus mansus habet super se vel infra seu intra
se in integrum, omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex eo manso et decima ad eum spectante ut dicitur ipsi
manso modo aliquo spectante et pertinente. Et hoc nominatim pro uno manso terre in sex peciis terre positis et
iacentibus partim in regulatu Fossamerli, ubi est casale, partim in regulatu Sacoin et partim in regulatu Copedi, cum decima
integra dicti mansi. Cuius quidem mansi et peciarum terre hii dicuntur esse confines. Et primo prime pecie terre
ubi est casale, iacentis in Fossamerlo, extimationis trium iugerum terre aratorie plantate et vitigate salvo pluri vel
pauciori. A tribus lateribus via publica, a quarto latere terra scole Batutorum de Conegliano que fuit heredum quondam ser Clementis
de Caronell partim et partim terra Bortholi de Fossamelo. Secunde pecie terre vocate Mana iacentis in dicta villa Fossa-
merli, extimationis unius iugeris terre aratorie et plantate salvo pluri vel pauciori. Ab uno latere terra Bortholucii
quondam Paute de plebe Feleti, a secundo latere terra Nicolai de Bogo de Conegliano, a tercio latere terra plebis Sancti
Leonardi de Castro Conegliani, a quarto latere via publica. Tercie pecie terre que vocatur Bergena iacentis
in dicta villa, extimationis quinque iugerum terre aratorie et guarbe salvo pluri vel pauciori. Ab uno latere terra Anthonii
quondam Francisci Toloti de Fossamelo partim et partim terra Dionisii de Montalbano, a secundo latere terra dicti Bortholucii
quondam Paute, a tercio latere partim terra heredum quondam Anthonii Domenegatii de Fossamelo et partim terra scole predicte Batutorum
de Conegliano que fuit dictorum heredum quondam ser Clementis de Caronell, a quarto latere partim terra dicti Bortholucii quondam Paute
et partim terra luminarie Sancti Vendemiani. Quarte pecie terre vocate le Brusoline iacentis in dicta villa, extimationis
duorum iugerum terre guarbe salvo pluri vel pauciori. Ab uno latere terra dicte scole Batutorum de Conegliano que fuit [illegible]
a secundo latere terra Iohannis de Serra de Burgo Veteri Conegliani que fuit quondam Nicolai [illegible] de Fossamelo et partim
terra monasterii Sancti Anthonii de Conegliano, a tercio latere via publica, a quarto latere partim via Ongarescha et partim terra Martini quondam
Guidi de Fossamelo. Quinte pecie terre iacentis in regulatu Sacoin, extimationis trium iugerum terre prative et buschive salvo pluri
vel pauciori. Ab uno latere terra monasterii Sancte Marie et hospitalis Planus, a secundo latere terra partim sive pratum [illegible] de
Colbrusado de Conegliano et partim pratum [illegible] del Dinono de [illegible] Bellini, a tercio latere pratum Anthonii de Foncello
de Conegliano, a quarto latere terra dicti monasterii et hospitalis Planus. Sexte et ultime pecie terre dicti mansi prative iacentis in
regulatu Copedi, extimationis unius iugeris terre salvo pluri vel pauciori. Ab uno latere via publica, a secundo latere pratum del Berta de
Castro Foguingado, a tercio latere partim Bartholomei de Micadell de Conegliano, a quarto et ultimo latere partim monasterii Sancte Marie de la
[illegible] detentum per [illegible] de Copedo. Et pro uno orto posito et iacente in Castro Conegliani, cui hii dicuntur esse confines:
ab uno latere via publica de Castro, a secundo latere ortus dicti ser Francisci de Cesena, a tercio latere via burgeti de Castro, a quarto latere
domus et ortus [illegible] de [illegible] de Subfratta vel alii siqui forent confines veriores dicto manso et orto et cuilibet eorum. Et pro precio
librarum trecentarum et viginti quinque parvorum nomine melioramenti dicti pretii sive meliorationis. Quas libras trecentas et viginti quinque
[illegible] ser Franciscus confessus et contentus fuit se ab ipso ser Anthonio habuisse et recepisse, exceptioni sibi non date non
[illegible] et non numerate quantitatis predicte dicte pecunie renuntians. Quem mansum cum dicta decima sua integra et ortum dictus ser
Anthonius dedit, tradidit et permutavit iure proprio in perpetuum eodem modo in cambium dicto ser Francisco pro se et suis
heredibus recipienti et pro parte ementi. Ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid sibi et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo
faciendum, cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios siqui forent, cum accessibus et egressibus suis
usque in vias publicas. Et cum omnibus et singulis que dictus mansus cum decima integra predicta et dictus ortus habet super
se vel infra seu intra se in integrum, omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex eo manso et decima eius integra ac
ex dicto orto modo aliquo spectante et pertinente. Quam quidem ser Franciscus et ser Anthonius [illegible] eorum vicissim
alterius nomine rerum permutatarum et datarum et pro parte venditarum constituit possidere usque quo [illegible] eorum rei
permutate et date ac pro parte vendite possessionem acceperit corporalem. Quam accipiendi sua propria auctoritate et retinendi
[illegible] alteri ad invicem licentiam omnimodam contulit atque dedit. Promittentes [illegible] unus alteri ad invicem [illegible]
[illegible] alteri ad invicem licentia [illegible] plactoribus hic inde intervenientibus lite vel controversia de rebus permutatis alteri vel eius heredibus ullo tempore non inferre
[illegible] inferenti consentire sed unusquisque rerum permutatarum et pro parte venditarum alteri et eius heredibus ad invicem ab omni
homine et universitate legitime defendere, auctorizare et disbrigare. Et predictam permutationem [illegible] et pro parte venditionem
et omnia et singula suprascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per se vel per alium aliqua ratione
vel causa de iure vel de facto, sub pena ducatorum centum auri, pena [illegible] stipulatione promissa, inter ipsos contrahentes. Qua
soluta vel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Et refectione dampnorum et expensarum litis et extra, et obligatione omnium suorum bonorum dictorum
contrahentium presentium et futurorum.

Ego Thomas quondam ser [illegible] de Clavano de Conegliano imperiali auctoritate notarius hiis omnibus et singulis suprascriptis
[illegible] sic ut premittitur agerentur interfui et rogatus scripsi.

678